Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Quique locuti fuissent eis rex. non sunt inuenti
de omnibus tales ut daniel. ananyas my-
sahel et azarias. Steterunt que in conspectu regis
et omne uerbum sapie et intellectus quod sciscita-
tus est rex ab eis. inuenit in eis decuplum
super omnes ariolos et magos. qui erant
in uniuerso regno eius. fuit autem daniel usque
ad annum primum cyri regis. Tu Hz. vj.
In anno secundo regni nabuchodonosor
uidit nabuchodonosor somnium et con-
turbatus est spiritus eius et somnium eius fugit
ab eo. precepit que rex ut conuocarentur
ariolii et magi et maleficii et chaldei ut
indicarent regi somnia sua. Tu Qui
cum uenissent steterunt coram rege. Et dixit
ad eos rex. Vidi somnium. et mente con-
fusus ignoro quid uderim. Responderunt que chal-
dei regi syriace. Rex in eternum viue. Dic
somnium seruis tuis. et interpretationem
eius dicemus. Tu Et ridens rex ait.
Sermo recessit a me. nisi indicaueris